UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

M. Adami, Scriptoris Vetvsti, Historia Ecclesiastica, Religionis Propagatae Gesta, Ex Hammabvrgensi Potissimum Atque Bremensi Ecclesiis, Per Vicina Septentrionis Regna

Adamus <Bremensis>

Helmestadi[i], 1670

XI. Privilegium Ottonis I. De Confirmatione Bonorvm Bremae, Birsinen, Ramaslo, Bvckin, Ad Ecclesiam Hambvrgensem Pertinentivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11096

Visual Library

to eidem præſentetur judiciariæ poteſtati, cæteri vero in ſubditione Archiepiſcopi permaneant. Si vero aliquis ex liberis voluerit Iammundling vel litus fieri, aut etiam colonus ad monaſteria ſupradicta, cum conſenſu cohæredum ſuorum: non prohibeatur à qualibet poteſtate, ſed [c habeat licentiam noſtra auctoritate,] habeat quoque poteſtatem prædictus Adeldagus, ſucceſſoresque ejus Hammaburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi ſuper liberos & Iammundelingos monaſteriorum ſupradictorum, in expeditionem ſive ad placitum Regis. d Donamus quoque Clericis Hammaburgenſis Eccleſiæ poteſtatem inter ſe, ſive aliunde eligendi Epiſcopum, cum neceſſitas popoſcerit. Et ut hæc auctoritatis noſtræ conceſſio â fidelibus noſtris verius credatur, & per ſuccedentia tempora diligentius obſervetur, manu propria ſubtus eam firmavimus, & annulo noſtro ſigillari juſſimus. Data II. Kalend. Iulij Anno Domini DCCCCXXXVII. Indictione decima anno regni Ottonis piisſimi Regis I. Actum in VVerlaha, in Dei nomine.

c Meibom. habeat licentiam noſtram]

d Ibid. Damus

XI.

PRIVILEGIUM OTTONIS I. DE CONFIRMATIONE BONORVM BREMÆ, BIRSINEN, RAMASLO, BVCKIN, AD ECCLESIAM HAMBVRGENSEM PERTINENTIVM.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto Rex divina opitulante clementia. Dinoſcat omnium fidelium

Apud Lindenbrog.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

p. 149. Meibomium p 117. *noſtrorum ſagacitas, qualiter nos pro mercede vitæ permanentis, & per interventum charæ conjugis noſtræ* Edgidæ *atque* Thietarii *fidelis noſtri, in proprium damus ad locum nominatum Hammaburg, quicquid in locis ſic nominatis,* Bremum, Birſina, Ramaslo, Buckin, *proprietatis huc usq; habere viſi ſumus, in terris cultis, & incultis, agris, pratis, paſcuis, campis, molendinis, piſcationibus, aquis, aquarum decurſibus, viis & inviis, quæſitis & inquirendis, omnibusq; ad præfata loca jure legitimoq; pertinentibus, firmiter in proprietatem donavimus, ad utilitatem Hammaburgenſis Eccleſiæ Epiſcoporum. Inde etiam munificæ largitatis noſtræ ſcriptum fieri juſſimus, per quod volumus, firmiterq; jubemus, quatenus Archièpiſcopi Hammaburgenſis Eccleſiæ habeant poteſtatem, quicquid illis placuerit, faciendum. Et ut hoc à fidelium noſtrorum induſtria verius credatur, ac per ſuccedentium temporum curricula diligentius obſervetur manu noſtra ſubtus illud confirmari curavimus, & annuli noſtri impreſſione conſignari juſſimus. Data VI. Idus Auguſti Indictione X. Anno Dominicæ incarnationis DCCCCXXXVII. Anno autem Ottone regnante rege II. Actum in* VValahuſen, *Amen.*

XII.
DIPLOMA IMP. OTTONIS I. DE ECCLESIIS HAMBVRGENSI SVFFRAGANTIBVS.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis: Otto divina favente